

GREGORIUS Iliberitanus<sup>1</sup> († post 392)TRACTATUS [ORIGENIS] DE LIBRIS S.S. SCRIPTURARUM<sup>2</sup>

- PLS  
I, 396 VI. [...] *Exiet virga de radice Iesse, et flos de radice eius ascendet.*<sup>3</sup> 492  
Iesse iste pater fuit David, ex cuius radice, id est ex cuius origine, Maria virgo est nata, quam virgam Isaias appellat, et florem de virga, id est Christum de virgine natum indicat. Quod quidem et per Iezechielem sic dicitur: *Ecce dies veniunt et virga florebit,*<sup>4</sup> id est virgo pariet humani florem generis Christum. Et hoc est quod dicit: *De germine filius meus ascendisti,* quia ut iam dictum est, ex germine seminis Iuda processit Maria, unde flos Christus advenit.<sup>5</sup>
- PLS  
I, 424 XI. [...] Terra autem repromissionis caro est Mariae virginis, 493  
quia caro terra Scripturis divinis a Domino appellatur, sicut Dominus ad Adam ait: *Terra es, et in terram ibis.*<sup>6</sup> De qua terra quales fructus attulerint, rogo, diligenter attendite.
- \*425  
PLS  
I, 442 *Botrum,* inquit, *in phalanga,* et ficum, et mala punica. Sed quis hic botrus de terra repromissionis est, nisi Christus de carne virginis? Dixerat enim Deus: *Ecce virgo in \* utero accipiet.*<sup>7</sup> 494
- XIV. [...] *Et intravit Gedeon in castris, et ecce homo narrabat proximo suo somnium et dixit: Somniavi, et ecce in magida panis hordeaceusolvebatur in castra Madian, et venit usque ad tabernaculum Madian, et percussit illud, et cecidit, et evertit.*<sup>8</sup> Magis itaque illa, in qua panisolvebatur qui hostium castra percussit et dissipavit atque destruxit, quid aliud quam sinum seu uterum Mariae virginis significabat, in quo panis vitae Christus, factus sub lege ex femina,olvebatur, quia legem Dominus noster non venerat solvere, sed adimplere?<sup>9</sup> 494
- PLS  
I, 469 XX. [...] Filius etenim Dei ideo primum venit ad virginem, ut 495  
hominem sibi exinde in virginis utero plasmaret. Sicut et primum Adam de limo terrae formaverat, ita et hunc secundum Adam de

<sup>1</sup> Vel Iliberritanus (cf. CCL LXIX).<sup>2</sup> Cf. PLS I, 353.<sup>3</sup> Isa. XI, 1.<sup>4</sup> Ezech. VII, 10.<sup>5</sup> CCL LXIX, 50.<sup>6</sup> Gen. III, 19.<sup>7</sup> Isa. VII, 14; et CCL LXIX, 87.<sup>8</sup> Iudic. VII, 13.<sup>9</sup> CCL LXIX, 109.

matre virgine quasi de rudi terra plasmavit, ut id quod primus Adam perdiderat restauraretur in Christo [...].<sup>1</sup>

## TRACTATUS DE EPITHALAMIO

- 496 Lib. I. [...] *Veritas*, inquit, *de terra orta est*, id est *caro Christi*, PLS  
de matre virgine nata, cuius origo terrena est: *pax de caelo prospe-* I, 475  
*xit*,<sup>2</sup> id est Verbum Dei: qui dixit: *Ego sum pax*.<sup>3</sup>
- 497 Lib. III. [...] Hic est botrus quem in palanga speculatores a PLS  
Mose missi de terra repromissionis adtulerunt. Terra enim repro- I, 489  
missionis corpus erat Mariae Virginis: botrum in palanga corpus  
Domini inter duos populos palanga crucis allatus.<sup>4</sup>

## S. GREGORIUS Nyssenus (ca 335 † 394/395)

## DE VIRGINITATE (371)

- 498 Cap. II. [...] Ὅπερ γὰρ ἐν τῇ ἀμιάντῳ Μαρία γέγονε σωματικῶς, τοῦ πλη- PG  
ρώματος τῆς θεότητος ἐν τῷ Χριστῷ διὰ τῆς Παρθένου ἐκλάμψαντος· τοῦτο 46, 324  
καὶ ἐπὶ πάσης ψυχῆς κατὰ λόγον παρθενεούσης γίνεται. Οὐκέτι σωματικὴν  
ποιουμένου τοῦ Κυρίου τὴν παρουσίαν· οὐ γὰρ γινώσκομεν ἔτι, φησί, κατὰ  
σάρκα Χριστόν· ἀλλὰ πνευματικῶς εἰσοικιζομένου, καὶ τὸν Πατέρα ἑαυτοῦ  
συνεισάγοντος, καθὼς φησί που τὸ Εὐαγγέλιον. Ἐπεὶ οὖν τοσαύτη ἐστὶ τῆς  
παρθενίας ἡ δύναμις, ὡς καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς παρὰ τῷ Πατρὶ τῶν πνευμάτων
- 
- 498 Cap. II. [...] Quod enim in Mariae Virginis inviolatae corpore PG  
effectum est, perfecta Christi divinitate, quae in ipsa Virgine elu- 46, 323  
xerat: hoc ipsum in omni animo contingit, qui sit castitate ornatus,  
rationemque ducem in virginali vita sequatur. Quoniam non am-  
plius, ut corporis humani formam habitumque induat, venturus  
est Dominus; non enim etiam novimus, inquit, secundum carnem  
Christum; sed in spiritu veniet, et Patrem secum ducet, ut quodam  
loco testatur Evangelium. Quoniam igitur tanta vis virginitatis est,

<sup>1</sup> CCL LXIX, 143.

<sup>2</sup> Ps. LXXXIV, 12.

<sup>3</sup> Le. XXIV, 36; et CCL LXIX, 172.

<sup>4</sup> CCL LXIX, 194.

● PLS I, 396, 412, 503, 515.

● CCL LXIX, 34, 241.

■ CCL LXIX, 256, 267, 275.